

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Sodali suo carissimo H. Firerius S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

in spexi A. B.

Tu c. m. A  
amicitiam A. B.  
cam A. B.  
fortunam A.  
aut A. B.

meis studijs, sed uelut ab ipsa natura ad humani-  
tatem factum esse. Nec <sup>in</sup> me iudicium sefellit. Nam  
postquam familiariter intr<sup>o</sup>spexi ingenium tuum,  
mea de tua uirtute ac fide opinio ualde confirma-  
ta est. Quamobrem, quoad uoles, hanc in amicitia  
conseruabo. Te q; adhortor, ne sinas ulia aut tem-  
porum aut fortuna iniuria obrui atque extingui.

P. Vale.

Ph. M. M.

Sodali suo carissimo H. Firerius  
S. D.

Cognoui te à pueris semper fuisse bonarum li-  
terarum admodum studiosum, & ingenio acri.  
Cum te autem propter suauitatem morum unice  
semper amauerim, non possum facere quin de stu-  
dijs tuis interdum cogitem. Postquam autem scho-  
lae in patria nescio quo malo fato deserta sum, &  
studia literarum nunc frigent, uehementer doleo  
deesse tibi praecipuos ad formandum ingenium  
tuum idoneos. Quare duxi hac de re meum con-  
siliu[m] scribendum esse: quod, te rogo, ut in bonam  
partem accipias. Nihil enim praescribo: sed singu-  
lari quodam amore tui adductus sum, ut quod tibi  
maxime profuturum arbitrabar exponerem. Plur-  
imum refert, à teneris re clè institui in optimis.  
Eius rei magna facultas est in nostra Academia, in  
qua florent omnium artium ac disciplinarum stu-  
dia: & cum eloquentiae, tum philosophiae profes-  
sores

fores habemus non contemnendos. Ad hoc accedendum & sacrae literae, quarum homini Christiano cognitio necessaria est. Valde igitur optarem te huc quàm proximè aduolare. Qua de re ages cum patre tuo: qui etsi sumptus fortasse metuet, tamen expugnari poterit à te, si diligenter & magnitudinem utilitatis exposueris, atq; ostenderis quantum studijs tuis haec profectio collatura sit. Bene uale.

Patri suo carissimo. H. F.

S. D. Sperabam me literas in Lipsicis nundinis Ianuarij à te accepturum esse. Ea spes cum me fessisset, mirum in modum angebat. Sed paulo post liberaſti me omni sollicitudine molestiaq;. Nā breui post redidit sibi literae tuae 10 Ianuarij. Fuitq; optatissimum atq; iucundissimum, quòd significas te bene ualere. Non dubium est mihi, quòd scribis te de mea salute sollicitum esse, cum nondum intellexeris quicquam certi de meo iincre. Facio enim coniecturam tui amoris: de meo uerò arbitror quoq; hac cura liberatum esse. Dedi enim ad te literas Stephano, in quibus historia est rerum mearum omnium. Quanquā autem non habebam hoc tempore certum tabellarium ad uos: tamen hanc epistolam dedi cuidam proficiscenti Norimbergam, qui si ad te peruenit, facile cognosces me nullam scribendi occasionem negligere. Scio enim

L 5 nullum